



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 35. Avenionenses Synodo promissam pecuniam exsolvere a Papa prohibiti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.

A. C. 1437.

§. XXXV.

Avenionenses Synodo promissam pœniam exsolvere a Papa prohibiti.

Banorm de Bonc. Basl.

Synodi Patres hanc Legatorum agendi rationem in meliorem partem interpretati sunt, spe ducti, saltem ab eo, qui ceteris majori studio optatum negotii a deo salutaris successum promovere teneretur, nullo pacto obicem esse ponendum. Nihilominus tamen, qui Basileensibus adversabantur, in clandestinis artibus consilium quærebant; nam curren- te triginta dierum intervallo, quo pactum cum Avenionensibus sancitum perficeretur, in eandem Urbem Archiepiscopus

Græ-

non Græcorum ad conjunctionem cum Romana Ecclesia alliciendorum studio, Avenionem pro loco Concilii decrevisse, sed, ut ait Raynaldus ad hunc annum. n. i. *prava Pontifici auctoritati repugnandi cupidine incitatos locum in Italia eligendum respuisse, ut absente Pontifice, quem ob graves causas Avenionem accedere non posse noverant, ipsi soli supremam arrogarent auctoritatem, nequidem in hoc puncto se Pontifici subjectos esse demonstrarent, totamque dissipatæ unionis culpam in Eugenium exonerare possent, quam ambitionis libem Dissipatus Græcorum Orator seditiosè Basileensibus objicere non dubitavit.*

Granatenfis, & Jacobus de Rocaneto Eu-Sæcul. XV.
 genii Papæ Legati advenerunt, qui Pon- A.C. 1437.
 tificia auctoritate diferte ac sub graviffi-
 mis pœnis non modo Petro Albanenfi
 Epifcopo Fuxenfi Cardinali, eo tempore
 facræ Sedis Avenionienfi Legato, fed e-
 tiam præfatæ Urbis civibus prohibebant,
 ne promiffam pecuniam Synodo perfol-
 verent.

§. XXXVI.

*Quædam duntaxat pecuniæ pars ab
 Avenionenfibus numerata.*

Præterea tempore importuniffimo acci-
 dit Synodaliæ Legatorum adven-
 tus; Avenionem quippe ingrediebantur,
 Primoribus urbis in Franciæ curia mo-
 rantibus. Nihilominus Avenionenfes in-
 fuperhabitis hifce obftaculis, aliisque plu-
 ribus, quibus a pecuniis intra triginta
 dies folvendis abfterreri debebant, trigin-
 ta millia & octingentos florenos numera-
 bant, ac de refidua pecuniarum parte Sy-
 nodi Legatis cavebant; pro pecuniis ve-
 ro jam folutis non aliam, quam prius
 Abbati Bonavalleni, & Raymundo Ta-
 loni infinuabant, cautionem petebant, vi-
 cufque Synodus trium prænominatarum
 urbium electionem, decimarum præfta-
 tionem, & portus, ad quem Græci ap-
 pellerent, designationem, edito decreto
 con-